Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Marie egg.

In sinu uirginis.

huius uite uiros ac mulieres uinctos
perduceret in ierusalem. .v. Cum flatus
nare reddendus trahitur inspiratio
uocatur. et illud sepe per odorem narium
deprehendimus quod oculis non uidemus. Ri
noceros enim iste in nare gestabat cor
nu quo percuteret. qui minarum et ce
dis in discipulos domini spirans. postquam
presentes interfecerat. absentes querebat.
Sed ecce omnis ante illum uenator abscon
ditur. omnis homo id est rationale sapi
ens. opinione timoris eius effugatur. .vi.
Virgo hunc rinocerotam capiat sinum su
um uirgo. id est secretum sui ipsa per se
inuiolata in carne dei sapientia expan
dat. Septum quippe est. quod cum damascum
pergeret subito circumfulsit illum die me
dia lux de celo. et uox facta est dicens.
Saule saule quid me persequeris. Qui pro
stratus intra respondit. Quis es domine.
Cui ilico dicitur. Ego sum ihesus nazarenus
quem tu persequeris. .vii. Virgo igitur si
num sui rinoceroti aperuit. cum saulo
incorrupta dei sapientia incarnationis
sue mysterium de celo loquendo patefecit.
et fortitudinem suam rinoceros perdidit.
quia prostratus humi. omne quod superbum tu
mebat amisit. .viii. Cum igitur sau
lus sublato oculorum lumine manu ad
ananiam ducitur. patet iam rinoceros
iste quibus dei loris astringitur. quia uideli
cet uno in tempore cecitate. predicatione.
baptismate ligatur. Qui etiam ad dei presepe
moratus est. quia ruminare uerba eu
angelii dedignatus non est. S. LUCAM.
In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Homo quidam
erat diues qui habebat uillicum. et hic
diffamatus est apud illos quasi dissipas
set bona ipsius. Et reliqua.

Omelia beati Ieronimi presbiteri.

.viiii. Diues qui habebat uillicum siue
dispensatorem. deus omnipotens est.
quo nichil est ditius. Huius dispensator
Paulus qui ad pedes Gamalielis sacras lit
teras didicit. legem dei susceperat dispen
sandam. .x. Qui cum cepisset cre
dentes in christo persequi. ligare. occidere.
et omnem domini sui dissipare substanciam.
correptus est a domino. Saule saule quid
me persequeris. Durum est tibi contra stimu
lum calcitrare. .xi. Dixitque in cor
de suo. Quid faciam. quia qui magister fui
et uillicus. nunc cogor esse discipulus
et operarius. Fodere non ualeo. omnia
enim mandata legis que terre incu
babant cerno destructa. et legem et
prophetas usque ad iohannem baptistam
esse finitos. .xii. Mendicare eru
besco. ut qui doctor fueram uideor co
gar a gentibus. et a discipulo anania sa
lutis et fidei mendicare doctrinam. Faciam
igitur quod mihi utile esse intelligo. ut cum pro
iectus fuero de uillicatione mea. recipi
ant me christiani in domos suas. Ma. R.
Ego plantaui. Capitulum. Saulus adhuc
spirans. R. Nimis honorati sunt. ymn.